

# **Index Operarum In Academia Christian-Albertina, Præterito semestri Æstivo, nempe a Paschate ad Festum Michaelis Anno 1707. absolutarum, & Per proximum Hypernum, a Feste Michaelis usque ad Paschatos tempus anno 1708. absolvendarum.**

---

## **Terms and Conditions / Publikationserlaubnis**

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.

Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.

Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

## **Terms of use for the Digital Collections**

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

### **Publication regulations**


Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".

When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

Contact:

Universitaetsbibliothek Kiel  
Leibnizstr. 9  
24118 Kiel  
Germany  
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

---



Archiv

IV 272-1

Fich 591-1

AFich 591-1

Angefertigt von  
Jens Blutau  
Fotographie mfr.


556/55

[Indices  
lectionum  
Kiloniensium

1665-1714/15]

A

K



85

INDEX  
**OPERARUM**  
IN ACADEMIA  
CHRISTIAN-ALBERTINA,  
Præterito s̄emestri Æstivo , nempe  
a Paschate ad Festum Michaelis Anno 1707.  
absolutarum,  
¶  
Per proximum Hybernum, a Festo  
Michaelis usque ad Paschatos tempus anno 1708.  
absolvendarum.

---

K I L O N I ,  
Literis Bartholdi Reutheri, Academ. Typogr.  
Anno MDCCVII.

## EX ORDINE THEOLOGICO.



ENRICUS OPITIUS, SS. Theol. D. & PP.  
ac in supremo Senatu Ecclesiastico Consilia-  
rius h.t. Acad. PRO-RECTOR quas Lectio-  
nes Exegetico - acroamaticas in Prophetas  
minores ante hac orsus est , per hoc seme-  
stre , quantum per Pro-Rectoratus functio-  
nem licuerit , continuabit : privatim Theologiæ Theticæ  
nuper inchoatæ ac plene & copiose explicandæ ita operam  
dabit , ut hac hyeme B. C. D. ad finem perduci possit . Sic  
& Collegium Pelomico- Disputatorium super præcipuas  
Controversias hujus seculi instituet . Docet publ. Hora X.

HENR. MUHLIUS D. quid hoc semestri præstiturus sit,  
publicato jam antea Programmate pluribus significavit,  
jamque in eo est , ut præstantissimam Davidi Chytræ Ora-  
tionem de Studio Theologie , exercitiis veræ Pietatis & Virtu-  
tis potius quam contentionibus & rixis disputationum colendo,  
ad exemplar Witebergense , 1581. typis Kiloniensibus in  
usum Praelectionum publicarum recudi curet ; Id daturus  
operam sedulo , ut post exantlatos demum Generalis per  
hos Ducatus Visitationis labores publice Eandem sine mora  
hac hyeme interpretari aggrediatur.

THEODORUS DASSOVIUS, SS. Theol. Prof. Ordina-  
rius, præterita æstate in recitationibus Theologicis ulterius  
progressus est , & capita de electione , de redemptione , de vo-  
catione , de regeneratione , de conversione , de justificatio-  
ne , de pœnitentia , de unione mystica , de renovatione &  
sanctificatione , & de Lege explicuit , quam telam instante  
hyeme ad umbilicum perducere , divinâ gratiâ contendet.  
Colle-

M 7

Collegio Theologico de notitia autorum multi sua dederunt nomina. Ob multitudinem tamen legentium nondum hora vacans impetrari potuit. Quæ si detur, statim inchoabitur. Disputationes Theologicas varii argumenti propemodum expediet, quarum prima erit de dicta necessitate bonorum operum ad salutem.

## EX ORDINE JURIDICO.

NICOLAUS MARTINI, JC. Primarius, Serenissimi Principis Consiliarius Justitiæ, & Academiæ Pro-Cancellarius, quemadmodum per semestre æstivum, amplissimam Obligationum materiam pertractavit, deque *Pactis, Transactionibus, Contractibus*, & quæ præterea huc spectant, late, & prout singularum materiarum dignitas requirebat, differuit, ita futuro semestri hyberno, si vitam & valetudinem clementer Deus conservabit, de *Delictis*, horumque meritis, *pœnis* nempe & *vindicatione*, dissertationes habebit. Quibus omnibus feliciter finitis, ad *Actiones* progedietur. Dissertationem de *Infamia* ad libri ff. 3. Tit. 2. edit. Privatam operam petentibus non denegabit. Publicis Lectionibus dicata est hora IXna.

SAM. REYHER, JC. Cod. & Mathemat. Prof. Ordinar. Facultatis Jurid. hactenus Decanus a Tit. XLIII. Libr. II. Codicis ad Tit. XXIX. Libri IV. explicando & examinando pervenit. X. quoque Disputationes Struvianas habuit. Fridericianam de *Juribus Positivis tam divinis, quam humannis post lapsum & post diluvium usitatis, de antiquis Germanorum & Reip. Romane Legibus* habuit, horis pomeridianis Auctores, qui antiquas Germanorum Leges collegit, produxit. Disputationem quoque *Inauguralem de Furto denuo iterato sive tertium patrato* habuit. Duo Privata etiam *Collegia*

*legia Juris* incepit, Imposterum publice sequentes *Codicis Libros* præleget, ac *disputationes hebdomadarias* continuabit, & in privatis collegiis perget, alia quoque collegia privata desiderantibus aperiet. Leg. publ. Hora X.

SIMON HENRICUS MUSÆUS, D. Institution. nec non Jur. Nat. & Gent. Prof. Ordin. Facult. Jurid. h. t. Decan. lectiones publicas in Institutiones Justinianeas, quas ad initium Libr. IV. perduxit, diligentissime continuabit; iisdemque, quod in ipso currentis anni exitu Deo juvante fiet, perfinitis, brevem Institutionum repetitionem instituet. Disputationes etiam hebdomadarias in Grot. de J. B. & P. persequetur: insuperque cum disputaturis, tum collegia privata in Jurisprudentia seu universalis, seu particulari, in jure seu publico seu privato, nec non Canonico aut Feudali, desiderantibus se nunquam non promptum paratumque præstabit. Docet horâ III.

## EX ORDINE MEDICO.

GUNT. CHRISTPH. SCHELHAMMERUS, D. absolta doctrina de febribus, hoc semestri de morbis infantum curandis differam, ita ut ex Pathologia morborum natura præmissa, methodi medendi præcepta ex eadem clarissime eliciantur: quo & connexio disciplinæ, & certitudo artis, per veram demonstrationem Logicam inde cognoscatur. Dissectionem Gladii seu Xiphiæ piscis, ante biennium publice habitam, & in illo observata rarissima, propediem edam in publicum: Viæ Regiæ ad artem etiam quæ restant addam, ejusque faciam finem. Domi, Physiologia, quæ sub manibus est, ad umbilicum perducta Pathologiam generalem explicabo. Porro quæ ex omni naturæ am-

M 7

amplitudine, itemque arte facta ac peregrina rariora in scri-  
niis asservo curiosissima, demonstrabo cupientibus, & di-  
scursu perpetuo illustrabo: ut & introductionis loco in phy-  
sicam specialem esse, & iis, qui olim peregrinationes ad exte-  
ros instituere meditantur, paradigmatis loco esse queat,  
e quo, quid in rariteciis asservetur, & quid cumprimis in  
iis sit observandum, constare possit.

WILHELMUS HULDERICUS Waldschmidt/ Med.  
D. & Prof. Ordin. semestri superiore de plantis usualibus e-  
git, & in campus vicinis herbas florentes demonstravit. Per  
hyemem instantem tertiam institutionum partem, semioti-  
cam, publice proponet, non neglectis anatomicis, aut aliis  
professionis suae exercitiis, tam publicis quam privatis. Do-  
cet hora IX.

## EX ORDINE PHILOSOPHICO.

JO. BVRCHARDVS MAJVS , Eloq. & Hist. Prof. P.  
Ordinisque sui h.t. Decanus, historia reformationis publi-  
ce nuper absoluta, omnium saeculorum conspectum , eo-  
que singulariter memorabilia in rebus tam ciuilibus quam  
sacris & literariis dabit; qua occasione strictim exponet ,  
quae siue rei publicae, siue ecclesiae, siue doctrinarum  
fuerit facies, qui viri sago aut toga clari singulis aetatibus  
floruerint. Priuatim historiam Augustam continuabit, &  
propediem Carolingicam ad nostra usque tempora per-  
ductam auspicabitur: res vero saeculorum XVI. & XVII.  
seorsum explicabit. Denique dicendi exercitationes pro  
varietate ingeniorum varias instituet, si per infesta Musis  
tempora licebit, sique aderunt, qui serio desiderent. Do-  
cet publice hora X.

SAMUEL REYHER, JC. Cod. & Mathem. Prof. Ord.  
*Opticam in specie sic dictam* absolvit, varias Demonstratio-  
nes in *camera Obscura* instituit, *Mercurij per Solem transi-  
tum* die 5. Maji observare, sed frustra, conatus est. Die 17. A-  
prilis vero *Eclipsin Lunæ*, quæ incepit o. hor. 24. / finita 4.  
hor. 22. / duravit 4. horas 2. / Perspectivam seu *Scenogra-  
phiam* incepit. Privatim collegia *Geometrica* instituit, & in al-  
tero *quatuor libros Euclidis* absolvit. Publicè in *Scenographia*  
perget, quâ absolutâ *Dioptricam* & *Catoptricam* explicabit.  
Novumque collegium *Geometricum* incipiet. Leg. Publ. Hora I.

JOHANNES LUDOVICUS HANNEMANN, D. &  
Philosoph. Natur. Profess. Ord. elapsa æstate doctrinam de  
passionibus animi, *methodum* quidem *Cartesii observans*,  
ast tamen in ipsa doctrina nullius autoritati ad hærens, sed  
Sanæ rationi Semper insistens, explicuit, & pervenit ad §.  
LXXXVII. Part. II. Quo in labore hac quoque hieme Se-  
dulo pergit. Cœterum Collegia privata, & omnia subsidia  
ad Solidiorem Philosophiæ Naturalis cognitionem obti-  
nendam, prono promtoque animo offert. Die 3. Sept. Di-  
sputationem habuit de Secretiore Alchimia. *Omnia cum  
auxilio & Sub. Praesidio Dei T. O. M.*

NICOLAUS MÖLLERUS, Hist. Eccl. & Antiqu. Prof.  
Ord. absolutis absolvendis, ad Historiam Christianam, me-  
methodo huc usque adhibita explanandam regredietur.  
Docet hora post meridiem II.

WILHELMUS HULDERICUS Waldschmidt / D.  
Phil. exper. Prof. Ordin. physicam experimentalem publice  
pertractabit, privatim vero Collegium experimentale a-  
periet.

THEODORUS DASSOVIUS, LL. OO. Profess. Ordinarius,  
in prælectionibus in *Psalmos*, à *Psalmo 28. ad 39. pro-  
gres-*

M 7.

gressus est, & partim Versiones judaicas, Anglicas, Latinas, & Germanicas, inter se contulit, & quænam ad textū Originalem proprius accederent, indicavit. Præterea varia momenta historiæ Hebrææ veteris adjunxit, ab aliis præterita, & ad vocum emphases in primis facientia. *Scholia Criticorum in Leuiticum* disputatione publica ventilavit. Privatim in versione *Jom Tobb in Mischnam Menachoth, sive de muneribus frugum Deo oblatis* occupatur, & jam ad caput decimum perrexit. Qui autor & rerum varietate, & pulchermissis, quos allegat libris Hebræis magnopere delectat, siquidem possedit *Codicem Hebreum Biblicum ex terra Israel, Maimonidis opera ex terra Israel, Mischnajoth ex terra Israel, Maimonidis commentarium in Mischnajoth ex terra Israel*; ac præterea *Jose Bar Galili in Mischnajoth, Schemaja in Mischnajoth*, & rarissimos alios memorat codices, ex quibus varia antiqua instituta recitat, merito æstimanda.

SEBAST. KORTHOLT VS, Philos. moral. & Poes. Prof. Ord. itemque Biblioth. Acad. praefectus, praeterito semestri spatio ad exitum perducturus erat argumentum præcellentissimum de Principio actionum humanarum, quum hosce circulos Affinis acerbissimum funus improviso turbauit. Coepit itidem tradere in Auditorio Philosophico Cognitionem Scriptorum qui de arte poetica commentarios præ reliquis commendatione dignos contexuerunt, & habita illius auspicio publice est metrica oratio de virtutibus & meritis Annae magnae Brit. Franciae & Hybern. Reginae. Neque supellectilem librariam huius Academiae in tempore frequentantibus umquam defuit. Nunc non solum priuatis adminiculis desiderio Dom. Auditorum suorum faciet satis, verum etiam dissertationi propediem habendae,

bendae , & publicandis laboribus patriis , qui aliquamdiu  
operas typographicas exercuere , praelectionibusque mo-  
ralibus & poeticis porro dedita opera vacabit,instituti sui  
rationes ex tabula publica significaturus.

CHRISTOPHORUS HENRICUS AMTHOR, Philos.  
Civ. Prof. Ord. & Extraord. Jur. non solum quas olim cœ-  
perat publicas in Statum Imperii Germanici Prælectiones  
diligenter præterito Semestri continuavit , verum & ali-  
quot Disputationibus publice habitis cuilibet copiam fecit  
dubia contra Discursus atque Dictata sua libere proponen-  
di. Nunc in materia Reservatorum versatur , operam da-  
turus , ut quæ postea de Superioritate territoriali , nec non  
de Forma ac Ratione Status Imperii Germanici differenda  
restant , ante præsentis Semestris decursum penitus absolvantur : Quo fine obtento Decorum Politici publicis Di-  
scursibus , B. c. D. explanabit. Privatum quæ olim promi-  
serat præstitit , moresque externos ad genium seculi  
componere docuit. Tum vero mutatis Auditoribus Col-  
legium Philosophicum aperuit , quod Juris Studiosum ad  
faciliorem Legum intelligentiam aptum reddere atque  
præparare possit , quam telam & in posterum pertexere per-  
get. Inchoavit etiam non ita pridem Collegium Privatum  
in Jus Romanum , cuius methodum publicato speciali Pro-  
grammate latius jam indicavit. Docet publice Mercurii  
& Saturni diebus , hora ante meridiem IX. & post meri-  
diem II.





23. APR. 1981

27. APR. 1981

R

23. 6. 60

4. APR 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962

- 5. NOV. 1962

23. JAN. 1967

23. JUNI 1969

23. 6. 60

4. APR. 1962

15. MAI 1962

24. MAI 1962


-5. NOV. 1962

23. JÄR. 1962

23. JUNI 1962

Universitätsbibliothek Kiel  
8\$0 00 440 332 0





## EX ORDIN.

GUNTH. CHRIST.

In Clarissimi Ramazzini li-  
tus erat, cum anno præter-  
etio, ardua satis & difficilis  
rumpere cogeret utilissimi  
redire ad pristinam magis-  
que deinceps pergere dec-  
publicis malis intercedat,  
scriptum elegantissimum  
dium addixit quibusdam  
lum rerum notitiam intra-  
necessariam, ab ipso petier-  
Medicæ fundamentis & p-

WILHELMUS HUL.

Dr. Prof. ord. & Facult. i  
materiam medicam absolvit  
ce egit. Nunc *historiam* p-  
Turnefortianā, cuius com-  
mum dictabit, propositur  
in campus quam hortis sul-

## EX ORDINE

SEBAST. KORTHOI

Ord. ac Bibliothecae Aca-  
canus, proximo semestri  
ductum celeberr. Buddei-  
rum notitiam qui de Arte  
commentati sunt. Quoru-  
ca, Latina, Gallica, Italica  
ditorum suorum exposu-  
micam inuisentibus in te-  
quibus V. D. diebus confu-  
recitationes suas publicas

## EDICO.


ELHAMERUS, D.  
ois artificum occupa-  
atus Academici fun-  
imis temporibus, ab-  
. Quo jam deposito,  
occupationem, in eo-  
perturbatio aliqua ex  
suspendere jubeat, in  
iones. Privatum stu-  
enibus, qui in Natura-  
, futuro Medico per-  
erest temporis, artis  
dinandis impendet.

Waldschmidt / Med.  
s, superiore semestri  
*i corporis fabrica* publi-  
cundum methodum  
uditoribus suis in cala-  
missis herbilegiis tam  
endis. Legit hora IX.

## OSOPHICO.

of. Moral. & Poef. Prof.  
stush. t. Ordinis sui De-  
sophiam Moralem ad  
ce, et tradidit Scripto-  
vniuerse aut sigillatim  
aria Germanica, Grae-  
aliaque ante oculos Au-  
necam quoque Acad-  
quam non praefto fuit,  
perget. Neque deerit  
Poeticas frequentaturis.

Do-



the scale towards document